

# CLASSICAL ASSOCIATION OF THE MIDDLE WEST AND SOUTH

## 2010-2011 School Awards Examination

Write a neat and legible translation of the given passage (*Livy XXII*). Translate as literally as possible without violating English idiom. This page itself may be marked as you wish, but only translations written on the “CAMWS Latin Translation Contest 2010-2011” pages will be judged. Notes, and vocabulary for words underlined in this passage, can be found below.

### *Time Limit: 1 (one) hour*

Before you start, read through the Latin several times in order to comprehend the general sense. Use the context for help with unfamiliar words. Informed guesses are encouraged; there is no penalty for an incorrect conjecture, whereas no credit can be given for omissions.

*Fabius perplexes Hannibal (and his own second-in-command) by his unwillingness to fight*

1            Dictator, exercitu consulis accepto, in viam Latinam est egressus, unde itineribus summa cum cura exploratis  
2            ad hostem ducit, nullo loco, nisi quantum necessitas cogeret, fortunae se commissurus. Quo primum die in conspectu hostium  
3            posuit castra, nullā morā factā quin Poenus educeret in aciem copiamque pugnandi faceret. Sed ubi quieti omnia apud hostes  
4            nec castra ullo tumultu mota videt, increpans quidem victos tandem Martios animos Romanis, in castra rediit. Ceterum tacita  
5            cura animum incessit, quod demum, edocti malis, Romani parem Hannibali ducem quaesissent. Et prudentiam quidem  
6            novi dictatoris extemplo timuit. Constantiam hauddum expertus, agitare ac temptare animum movendo crebro castra  
7            populandoque in oculis eius agros sociorum coepit.  
8            Fabius per loca alta agmen ducebat modico ab hoste intervallo, ut neque omitteret eum neque congrederetur. Sed  
9            non Hannibalem magis infestum tam sanis consiliis habebat quam Magistrum Equitum. Ferox rapidusque consiliis ac lingua  
10           immodicus, primo inter paucos, dein propalam in vulgus pro cunctatore segnem, pro cauto timidum, adfingens vicina  
11           virtutibus vitia, compellabat. Usque ad aquas Sinuessanas populatio ea pervenit. Ingentem cladem, fugam tamen terroremque  
12           latius Numidae fecerunt; nec tamen is terror, cum omnia bello flagarent, fide socios dimovit, videlicet quia iusto et moderato  
13           regebantur imperio, nec abnuebant, quod unum vinculum fidei est, melioribus parēre.

### Notes and Vocabulary

**Line 1:** *Dictator* = Fabius

**Line 2:** *quantum* = “that far”; *quo* = *eo*

**Line 3:** *quin* = *vix*; *Poenus* = “the Carthaginian” (Hannibal); *copiam* = *facultatem*

**Line 4:** *increpans* = “mocking (that)”; *victos*: sc. *esse*; *ceterum* = *sed*

**Line 5:** *demum* = *tandem*

**Line 6:** *hauddum* = “not yet”

**Line 7:** *eius* = refers to Fabius

**Line 8:** *eum* = *hostem*; *congrederetur* = “confront”

**Line 10:** *immodicus* = “unrestrained”; *propalam* = “openly”; *adfingens* = “associating”; *vicina* = *proxima*

**Line 11:** *compellabat* = “he called (Fabius)...”; *aquas* = “baths”; *populatio* = *exitium*; *cladem* = *caedem*

**Line 12:** *Numidae* = *Poeni*

**Line 13:** *abnuebant* = “refuse”

